TRACTATVS
DE EPISCOPORVM
RESIDENTIA:

EX DIVINIS LITERIS.

PER R. P. ET D. IACOBVM
Naclantum Episcopum
Clugiensem.



*Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo posuit
uos Spiritus sanctus Episcopos, regere ec-
clesiam Dei, quam acquisiuit san-
guine suo. Actorum. 20.*



VENETIIS.
MDLIIII.

REVERENDISS. AC ILLV-
STRISS. D. MARCELLO
CERVINO S. R. E.
Archipraesbitero Cardinali.

IACOBVS NACLANTVS EPI-
SCOPVS CLVGIENSIS.
Perpetuam fœlicitatem.



T si non pauci, sicut audio, Reuerendiss. ac Illustriss. Domine, de Præsulum residentia, & disertè, & copiosè tractarunt, remq; suis numeris, exactissimè absoluerunt: Quia tamen,
3.Reg. 7. & in templo Domini, non mo
Luc. 21. dò erant hydriæ, sed & phialæ: & duo (tametsi minutissima) æra in gazophilatio, non fuere contempta: fortè non dabitur impudentiæ, si quid & nos, eo in negocio, præstare (nostra pro tenuitate) temptemus. Et licet amplioribus uasis fœlicius hauriatur é fonte: quibus tamen non est tam ampla suppellex, forsan non detrectabunt, si potentur é riuulo. Verum utcunque res habet, annitar ex scripturis, ex quibus negocium maximè pendet, rem aggredi: ac breuibus expedire. Et quanquàm in rebus omnibus, censorem non renuo, imò cum charitate desidero: nec solum sacrosanctam ecclesiam, cui cuncta, iure debemus subijcere, sed & probatius cuiuscunq; iudicium: in hac tamen, maxime, ut in qua, in discrimen deducitur conscientia, & salus periclitatur animarum: pro quibus mortuus est, unigenitus Dei. Ergo, si quid ex hac angustissima phiala, potest distillare liquoris, aut ex minu-

tiſsimis æris, aliquid proficiſci prouentus: totum tuæ Reuerendiſſ. ac Illuſtriſſ. D. offero & exhibeo. Non ſolùm ut pignus aliquod, meæ ergà illam meritiſsimæ obſeruantiæ: Sed ut & illud, ſuo prudentiſsimo, ac ſapientiſsimo calculo, ponderet & dijudicet. Quam Deus feliciſsime ſeruet, & amplificet.

TRACTATVS DE EPISCOPORVM RESIDENTIA, EX DIVINIS LITERIS.

Quod, & Quale, Episcoporum onus.



Rincipio attendēdum, ꝙ et si Episcopi, præcelsum nacti sunt gradū: quippè qui, Luc. 12. constituti sunt à Deo, super familiā CHRISTI, et euhe cti in primas partes ecclesię: propter quod & in Concilijs generalibus, ritèq; collectis, totam ecclesiam continent, & repræsentant: Et si non modò sunt honorandi, 1. Thi. 5. sed duplici (qui benè prę sunt) honore afficiendi: Nihilòminus & nacti sunt, tùm graue, tū periculosum onus. Cum super gregem sibi Luc. 12. creditum, non solùm astricti sint uigilare, & indefessè profundę noctis excubias custodire: Heb. 13. Sed & pro animabus eorū (testis est Paulus) Sap. 6. rationem exactisimā reddere: Et sicut sapientis auctoritate, in eos qui præsunt, futurū esse didicimus, iudicium durisimum experiri.

Celsitudo Episcopalis gradus.

Episcoporū graue est onus.

Siquidem in ecclesia, positi non fuerunt ad ocium, sed positi fuerunt ad opus: & planè nō 1. Thi. 3. malum, sed ex genere bonum. Vndè & Apostolus: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Imò ex genere optimum, & præclarum, quàmuis arduum, & perdifficile:

Episcopi non in ecclesia positi.

Nempè, ut alibi docet, ad ædificationem cor- *Ephes.4.*
poris CHRISTI: quod indubiè, eius ecclesia
est. Cuius, sicut ille est sponsus, & caput, ita il- *Ioan.3.*
la ex doctrina Pauli, eius est spõsa, & corpus. *Ephe.1.5*

Ecclesia non solũ Christi sponsa et corpus, sed illi⁹ domus & templum.

Et licet ædificationis uerbum, sit tropicũ,
non est tamen obscurũ: & duo manifestè prę-
tendit. Alterum est: Quòd et si ecclesia, tùm
sponsa, tùm corpus est CHRISTI, est & ni *1.Cor.3.*
hilòminus, illius domus, & templum: Vt non *2.Thi.2.*
rarò Apostolus admonet. Et domus est, non *Heb.3.*
materialis, sed spiritualis (ut utar uerbo Petri) *1.Ca.2.*
Quippè quæ, ex hominibus constat, spiritu
sancto regenitis, sicut fit in lauacro baptismi

Omnes baptizati pertinent ad ecclesiã Christi.

(propter quod, & omnes baptizati, ad illius
consistentiam pertinent) in quibus perindè *Heb.3.*
ac singulari domo, non modò CHRISTVS *2.Cor.6.*
habitat, & perambulat, sicut olim promiserat
Mosi, & demũ demonstrauit Ioanni: Sed insi *Apoc.21.*
gniter habitat, & perambulat: Quoniam non
ut famulus, sed (ut scribit Apostolus) uelut *Heb.3.*
dominus domus.

Templum ecclesiæ ex quibus lapidib⁹ constet.

Similiter & templum est, non manufactũ
(ut utar uerbo Pauli) non ex lateribus, & cę- *Acto.17.*
mento constructum: sed ex lapidibus uiuis,
hoc est, hominibus fide & charitate, aliquan-
dò uiuentibus, ac super lapidẽ uiuum, CHRI
STVM scilicet, miro modo compositis, potis-
simum fabricatum: sicut perspicuè tradidit
Petrus. In quibus non secus ac in augustissi- *1.Ca.2.*
mo templo, CHRISTVS iugiter colitur:

Ad Laur. tùm fide, ſpe, & dilectione, iuxtà ſententiam Auguſtini: tùm hoſtijs, & ſpiritualibus ſacrifi- *Cultus ſpiritualis in ecclesia Dei.*
1.Pe.2. cijs, iuxtà admonitionem Petri: & demũ prę- cibus, uotis, & gemitibus, in ſpiritu & uerita- te factis, iuxtà uaticinium CHRISTI.
Ioan.4. Reliquum eſt: Quòd non modò docemur epiſcopos, inter eccleſiæ ædificatores haberi: ſed & quo pacto, ſuo debent munere fungi, euidenter accipimus. Nàm licet ab illis, con- *Domus ſiue templũ materiale, nõ cõtemnendum ab Epiſcopis Et quib[9] rationibus inſtitutum.* temnenda non ſit, materialis domus: non tem plum, cemento & lateribus ſtructũ, ſed cum neceſſè fuerit, ſint pro uiribus reparanda, & ſi expedit, & alia conſtruenda (quippè quæ apud CHRISTI fideles, ſunt religioſiſsimè inſtituta, à Deo ordinata, & tùm ad excitandos, erudiendoſq; populos, tùm ad reddendũ externum cultum, & cõmune ac publicum ſacrificium Deo, magna cum pietate ſelecta) Nihilòminus pręcipuum eorum onus eſt, ut *Præcipuum Epiſcoporũ onus.* eo pacto populis, ſibi commiſsis attendant, ut quantùm ex ipſis fuerit, erigantur in domũ, & templum, acceptiſsima CHRISTO.

Quod planè tunc fit, cum ita inſtituuntur ad illum, ꝙ non modò per fidem, & dilectio-
Ephes.3. nem, delectet habitare cum eis (Nam per fidẽ *Chriſtus nobiſcum habitat per fidẽ & dilectionem.* CHRISTVS habitat, in cordibus noſtris: Et
1.Ioan.4. qui manet in charitate, Deus manet in eo) nõ
Prou.8. modò delicias ducat, uerſari inter illos (Nam & delicię eius ſunt, uerſari inter filios homi-
Heb.5. num) Sed & habitare, & uerſari, uti dominus

domus, hoc eſt, ut proprio in peculio, & domicilio. Vbi lectulus ſit Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt: ubi ferculum de lignis libani: ubi tigna cedrina, & laquearia cypreſsina: ubi odores aromatici, & omnes pulueres pigmentarij: De quibus, & pluribus, in Canticis canticorum. Et deniq; ut et ita coaptentur illi, ꝙ perindè ac in ſacratiſsimo templo, unicè colatur ab eis: non tantùm oblatis ſpiritualibus hoſtijs (mortificationis carnis, contributati ſpiritus, & laudis confitentium eius nomini) ſed & tota uita, illi perpetuò conſecrata: ut tandem quicquid faciunt, in uerbo, uel in opere, in eius ſemper gloriam cedat: quemadmodum & Apoſtolus docet.

Quid Chriſtum habitare, in nobis uti dominus domus. — Can. 3. — Per totũ.

Piorum frequentes oblationes. — Colo. 3. Pſal. 50. Heb. 13. — Colo. 3.

Verùm, ut res ſit magis illuſtris, diligentius attendendum, ꝙ et ſi Epiſcopi extrà ædificantium claſſem non ſunt (aliàs non moneret Apoſtolus, ut uideant, quomodo ſuper CHRISTO fundamēto ædificent: Quòdq; non ædificent ligna, fęnum, ſtipulam: ſed aurum, argentum, lapides præcioſos) in ea tamē non ſunt, uti ædificationis Authores, Architecti, aut ædificantes principales: quoniã iſtud excellentiæ, congruit ſoli Deo, hoc eſt, patri filio & ſpiritui ſancto (ita quidem, & non raro, Deus ſumitur in ſcripturis: Vt Dei perfecta ſunt opera: Deum adorabis: ſoli Deo honor & gloria: & id genus plurima) Et CHRISTO, hoc eſt, Verbo natura noſtra ueſtito

Epiſcopi & ſi inter ædificantes, nō tamen ædificationis auctores. — 1. Cor. 3.

Deus non raro pro tota Trinitate. — Deu. 32. & 6. Matt. 4. 1. Thi. 1. & 2.

Roma.9. (Nã CHRISTVS IESVS, ut inquit Paulus, est Deus & homo) Qui licet sint omniũ rerum Authores, Architecti, Opifices principales: maximè tamen ecclesiæ sunt sacrosanctę, ut in qua, eorum tùm potestas & bonitas, tùm ars, & sapientia, nedùm potissimè, sed & singularissimè fulgent: Propter quod, & scitè Paulus scripsit Corintiis, Dei ædificatio estis:
1. Cap.3. & ritè CHRISTVS, est pollicitus Petro, Su
Matt.16. per hanc petram ædificabo ecclesiam meam: sed sunt Dei & CHRISTI ministri. Vndè etsi dixit Apostolus, q̃ dati sunt in ædifica
Ephes.4. tionem ecclesię: modum tamen adiunxit, In
Acto.2. opus (inquiens) ministerij. Et Petrus uolẽs in Episcopatum subrogare Mathiam, ostende (ait) quem elegeris, sortem accipere huius ministerij.

Deus et Christus maximè authores ecclesiæ, et qua ratione.

Episcopi ædificãt, ut Dei & Christi ministri, nec quidem simplici ministerio.

Sunt, inquã, Dei & CHRISTI ministri: At non simplici ministerio. Et primò quidem sunt ministri, præparando materiam: ut accommoda reddatur ædificationi. Quę sanè præparatio (& si alium subinducendo
1.Cor.3. tropum, à Paulo, sub plantatione, & rigatione comprehẽditur, quemadmodum & ecclesia,
Car.2.4. & 7. sacris in literis, etiã sub Horti, Vineę, & Campi simbolis declaratur) retento tamen typo materialis fabricæ, potissimùm in lapidũ adaptatione consistit: & communi cursu, tũ malleo, tùm quadra præstatur. Et licet forsàn in tropis, necessè nõ sit, singula in omnibus ada-

Primo ministrant Epi. Deo et Christo præparando materiam.

Quo pacto fideles ab epis præparandi, in ædificatione ecclesiæ.

ptare:licet & in ſimbolis permittantur adaptationes diuerſæ:ita tamen omnia diſponenda ſunt, ut ſaltèm proportione, ad ſimbolum correſpondeant.

Ergò, ut hoc perfungantur officio, Epiſcopis non ſegniter annitendum eſt, ut fidei ſuæ commiſsi, perindè ac gibboſi, & à recto recedẽtes lapides, tùm malleo legis Moſaicę (quæ ſic uocata eſt, à Domino per prophetã) à morum exorbitantijs complanentur: tũ quadra legis euangelicæ (quæ ſine controuerſia rectiſſima eſt) ad rectam lineam reducantur. Vndè & callere utrunque tenentur teſtamẽtum, quemadmodum & bicornis mitra protendit: ut illis perindè ac ſcribæ docti, & paſsim, & ubertim poſsint ſuo de theſauro, tùm uetera, tùm noua profundere: ſicut et ad illos, in euangelio dictum eſt.

Vtroq; teſtamento opus habent Epi, in fidelibus diſponendis. *Iere. 23.* *Mitra bicornis qd ſignificet* *Matt. 13.*

Siquidem Epiſcopo non ſatis eſt, eſſe doctorem, ſed & illum neceſſe eſt docere, & ſuo populo prædicare: quemadmodum, uel ex ipſius conſecratione conuincitur. Imò & frequenter neceſſè eſt, prædicationi inſiſtere: Alias Epiſcopo, dilectoq; diſcipulo Thimotheo, non mandaret Apoſtolus, ut non modò prædicaret uerbum, ſed ut inſtaret, oportunè & importunè, in omni patientia & doctrina. Verũ de hac re inferius locupletius.

Epiſcopũ nõ ſatis eſt eſſe doctorẽ, ſed opus eſt prædicare. *Vade & pdica populo tibi credito.* *2. Thi. 4.*

Secundò, ſunt Dei & CHRISTI miniſtri: materiam præparatam, ſiue humeris, ſiue

Secundo miniſtrant ex.

machinis(ut in materialibus,non rarò accidit ædificijs) perducendo,ad eos:ut eorum pro ar bitrio,in fabrica reponatur. Et licet non ibo inficias,et aliter hoc oneris forſan,pręſtari poſ ſe,puto tamen præſenti loco aptiſsimè conue nire,ſi ad epiſcopale regimen referatur. Quã dòquidem tunc maximè(ſi non fallor) credi tos ſibi populos,ad Deum & CHRISTVM perducunt: cum illis unicè, ac tota pro uirili proſpiciunt. *bibendo illis materiã præparatam.*

Siquidem ſui muneris eſt, non modò po- *Munũs epo-rũ,inregẽdis populis qua le.* pulis ſuperintendere,de quo Apoſtolus, At-
Acto.20. tendite gregi,quos poſuit ſpiritus ſanctus Epi ſcopos,ad regendum eccleſiã Dei: ſed ſuper-intendere cum omni uigilantia,quaſi (ut in-
Heb. 13. quit alibi)rationẽ reddituri pro eis:cum omni cura & ſollicitudine,(Rectorem populi, ait
Eccleſ. 32 Sapiens,conſtituerunt te,curam illius habe)
Rom. 12. & Apoſtolus:Qui præeſt,ſit in ſolicitudine.
1. Cap. 5. Idque non coactè,ut admonet Petrus,nõ gra tia temporalis lucri(quod ibi, turpe lucrum appellat)ſed ex animo, ex propenſione cor-dis:imò,ſi CHRISTO creditur, ex uiſceri-bus charitatis. Quippè qui,& hanc,tum exi
Ioan.20. miam,tum & non ſemel requiſiuit à Petro. Et denique non ſecus ac formæ gregis facti, audacter requirant á ſuis,quod non eſt negle ctum ab eis.

Tali igitur ſuperintendentia,tam prouido ac ſalutari regimine,nemini dubium eſſe pu *Vis & effe-ctus paſtora lis regiminis*

to,populos ad Deum & CHRISTVM, nō ſolum maximè prouocari, aut ualidiſsimè pe rurgeri: ſed ſuauiſsimè pertrahi, ac magna cū celeritate perduci. Et præſertim ælectos, quiuè ſortiti ſunt animam bonam, uel in quibus locupletior eſt gratia Dei: Qui ſuæ imbecillitatis conſcij, epiſcopi ſui curę, perindè ac proprij patris, ac locum tenentis Dei & CHRISTI, ſe ſponte committunt: ſe in illum reijciunt, ac ſuper illum ſuæ ſalutis negocium, animo propenſo reponunt. *Sapiē. 8.*

Quo pacto Epiſcopi fideles geſtent in humeris.

Quarè ſicut iſtos, epiſcopus potiſsimùm geſtare debet in corde, ardens illos in dies, nō ſecus ac filios chariſsimos, cum Paulo parturire, hoc eſt, pleniſsimè ad Deum & CHRISTVM inſtituere: illis offerre ac dedicare, donec penitus formētur in eis: Ita & ſingulariſſimam illorum, ut par eſt, curam gerit, & ſollicitudinem. Quod ſicut tropicè in ſcripturis, eſt geſtari in alis, ita haud diſſimiliter, dicitur geſtari in humeris. In cuius typum, ni fallor, & nomina filiorum Iſrael, non ſolùm in rationali ferebantur Aaronis, quod erat circà pectus, ſed & in ſuperhumerali, quod, ut uox ſonat, ferebatur in humeris. *Galat. 4.* *Exod. 19.* *Deut. 32.* *Exod. 28.*

Epī, quos, et quo pacto urgeāt ſibi creditos machinis.

Qui uerò horum de numero non ſunt: Nempè quibus non facilè eſt ſuadere, & per hoc, ualdè difficile eſt, eos ad Deum & CHRISTVM perducere: quippè qui non ſolū egēt minis ſed baculo, imò fulmine & tonitruo: ab

episcopis probè prudenterq; superintendẽtibus, tandem urgendi sunt machinis præceptorum, excommunicationum, & id genus censurarum: Ut saltem quos non trahebat charitas, timor exstimulet, & pœna compellat. Ut & impleatur quod Dominus dixit: Et compellite eos. *Luc. 14.*

Tertiò sunt Dei & CHRISTI ministri, quia ædificationem cooperãtur cum eis. Propter quod, dicere non sat duxit Apostolus, ꝙ sunt Dei & CHRISTI ministri, sed addidit, ꝙ sunt & cooperarij. Tantus quidem est ardor Dei in homines, tàm ingens cura & sollicitudo, ut cum suauitate, sua ædificetur ecclesia, ùt eo in opere, homines non solùm ælegerit in pręparatores ac conductòres, ut dixim⁹, sed & euhexerit in coædificantes: quemadmodum & ex Dionisio facilè est comprobare. Et ꝙ ita sit possumus hunc in modum agnoscere. Constat in materiali fabrica, onus ædificantium esse, acceptos lapides, oportunis locis disponere, calce connectere, & tam solidè ædificium constituere: ut iuxtà uerbum Domini, non deijciatur à uento, nec subuertatur à flumine. Ergò, & in spirituali, seruata (ut par est) congrua proportione, non erit dissimile.

Epi non modò Dei & Christi ministri, sed & cooperarij. *1. Cor. 3.* *Sapiẽ. 7.* *Ca. 4. de diui. no.* *Onus ædificãtiũ in materiali fabricá.* *Matt. 7.*

Et licèt ea dispositio lapidum, in ædificio ecclesiæ Dei, quæ per ęternam prædestinationẽ, à Deo & CHRISTO facta est, coopera-

Epi, in quo uirorũ lapidũ dispõne, sint cooparij in spũali ædificio. *Ephes. 1.*

tores non habeat, cum & facta sit, antè constitutionem mundi: licet nec illa munerum dispensatio, qua aliſ datur sermo sapientiæ, aliſ gratia sanitatum, & sic de reliquis, quæ dona gratis data dicuntur, Episcopos cooperatores requirat: illa tamen, quæ in ecclesiæ ædificio, Ierarchiam mirificam cōtinet, nec mediocriter domum ac templum, Dei & CHRISTI ornat integratq;: non nisi Episcopis cooperantibus, à Deo & CHRISTO, exequutioni committitur. 1. Cor. 12.

Ad Ep̄os pertinet cōsecrare ministros ecclesiæ.

Siquidē ad Episcopos pertinet Episcopos consecrare (Reliqui te Cretæ, inquit Paulus Tito, ut episcopos constituas oppidatim) Ergò & consecrare sacerdotes, diaconos, subdiaconos, & alios inferiorum ordinum. In quibus, sine controuersia, sacer ecclesiæ principatus consistit: & totus quidem, si maximum, ut par est, includamus Pontificem: à quo non secus, ac fonte riuuli, omnis ecclesiæ principat⁹ dimanat, & omnis potestas perindè ac membrorum à capite, ad quosuis gradus ecclesiasticæ Ierarchiæ proficiscitur. Cap. 1. Dio. de eccl. Ierar.

Connexio uiuorū lapidū, in ædificio spūali, Vnde sit.

Licet & connexio lapidum in ecclesiæ ædificio, ex uirtute progrediatur spiritus, per ecclesię corpus diffusi, qui omnia eius membra, per neruos & iuncturas (ut uerbis utamur Apostoli) mirum in modum nectit, & copulat: Vel (ut non recedamus à tropo) per calcem, siue gluten charitatis, quæ per illum in corda, Ephes. 4. Col. 2.

Roma. 5. 1. Cor. 1. tanta uirtute profunditur, ut non modò id ip *Vnio ac uinculum christianæ charitatis.*
sum dicant omnes, néc sint inter illos hęreses,
Act. 4. non factiones, sed unum sit omnibus cor, una
Ephes. 4. anima, omnia communia: Licet & structuræ
robur, soliditas, consistentia (cùm ad perseuerantiam pertineant) singularissimum donum
sint Dei: Nihilòminus, cum administratione
cuiuslibet sacramenti, conferatur spiritus sanctus, & præsertim in sacramento Ordinis, in
cuius signum, non confertur nisi cum imposi-
1. Thi. 4. tione manuum: & per sacramentum Confir- *Quæ sacramenta, unicè cõmissa episcopis.*
2. Thi. 1. Act. 19. mationis, in quo, non solùm confertur, sed cõfertur ad robur (quæ ambo sacramenta, ut
constat, unicè sunt cõmissa episcopis) & spiritus sanctus, ut certum est, non detur sine gratia, non sine charitate, cum ipse aliud non sit,
q̃ amor patris & filij, imò & in templo ecclesiæ, nunquã non multorum corda succendat,
Cap. 8. ardeatq; (siquidem lampades eius, lampades
ignis sunt & flammarum, sicut in Canticis admonemur) Palàm q̃, & ædificationis ecclesiæ opus (quod in his potissimùm consistere
diximus) non nisi cooperantibus, coędificantibusq; episcopis, à Deo & CHRISTO, communi lege, ad exequutionem deducitur.

Imò siquis scripturas diligẽter expẽdat: nõ *Epi ædificãtes sunt non solũ ut cooperarij, sed ẽt ut architecti*
solùm Episcopi ædificationem faciunt, ut co-
1. Cor. 3. operarij, sed quodammodò, ut Architecti.
Aliàs non testaretur Apostolus, se perindè ac
doctum Architectum fundamentum iecisse.

Nec quidem mirum si aduertimus, q ardore in nos diuinę bonitatis, nō modò euecti sunt in celsitudinem cooperarij, sed & locumtenētis: ut possint quodam pacto, ædificare in persona Dei, & CHRISTI, quemadmodum & alia non pauca, in eorūdem persona efficere. Propter quod, & canit ecclesia de Apostolis (quibus sine controuersia, succedūt episcopi) q sunt operis CHRISTI uicarij: ut & non immeritò dictum sit eis, Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit. Ergò sicut Paulus in persona CHRISTI donabat, siquid donabat: ita & in CHRISTI persona ædificabat, cum eius ecclesiam construebat. Acto 2. Luc. 10. 1. Cor. 2.

Episcopi ædificant in persona Dei & Christi.

Et quanquam, mea sententia, hæc constantissima sunt, scrupulus tamen submouendus est. Si enim Episcopi, non solum sunt in ędificatione ministri, præparando materiam, & prędparatam exhibēdo Deo & CHRISTO, sed & ipsius ędificationis cooperatores, imò & quodam pacto Dei & CHRISTI, in ędificando locum tenentes: Qua ratione, de se & alijs, dicit Apostolus, q aliud nō sunt, q̄ puri ministri: plantantes quidem, & rigantes, sed incrementum non facientes? Imò q ministri sunt ferè nullius pensi: Quandòquidem neq; qui rigant, neq; qui plantant sunt aliquid, sed qui incrementum dat Deus. 1. Cor. 3.

Quæstio ex præmissis exorta.

Prima ad quæstionē responsio.

Vt igitur scrupulus eruatur, attendendum

est,

quod eò loci Paulus, non loquitur de pastoribus, siue Episcopis, sed de inferioris ordinis prędicantibus, donatis tamē munere prophetię, siue interpretationis sermonū: de quibus duodecimo ad Corintios. Siquidem ultrà pastores, uel episcopos, nunquàm defuerunt ecclesię, inferiores administratores uerbi: et maximè tempore Apostolorum, et pręsertim apud Corintios: ut ex utraque ad illos epistola, difficile non est animaduertere. Quorum & multi, eo non fungebantur muneris ad pietatem, sed fungebātur ad questum: multi nō ad gloriam CHRISTI, sed ad gloriam propriam: & de his potissimùm loquitur. Quippè qui, prędicabant (ut epistola prima colligitur) potius in humanę sapientię uerbis, ꝙ in ostensione spiritus et uirtutis: potius ad captādā auram populorū & parandos sibi discipulos, qui passim iactarent: Ego quidē sum Pauli, Ego autem Appollo, Ego uerò Cephę (his nominibus usus fuit Apostolus, ne si suis illos nominibus pręnotasset, nonnulli offensionis occasionem accepissent) ꝙ ad instituendū cōgregandumque homines, Deo & CHRISTO, in fide & dilectione. Nęc modò prædicabant, sed & baptizabant: at non maiori quidē zelo religionis, aut christianę pietatis.

Cap. 1.

Vanorū prædicantium studium.

1. Cor. 4.

Ergò de his non immeritò dicit, ꝙ aliud nō sunt, siquid sunt, q̄ Dei & CHRISTI ministri: Propter quod, quicquid in illis esse po-

Quid sit esse aliquid in scripturis. tuit dignitatis, quicquid præstantiæ, & existimationis (ita enim in scripturis sumitur, esse aliquid: ut constat Galatarum tertio) et maximè in oculis Dei et CHRISTI, qui intima uidēt, totum adscribendum fuerat, dono Dei: quo donati, et gratis quidem, fuerunt ab eis. *1. Reg. 16* *Prou. 16.* *Heb. 4.* Et plantationis tropus, administrationē significat uerbi, qua homines prouocantur ad fidē: non quod internam persuasionem faciāt (cū *Fides, quo pacto à Deo, et quo pacto à ministris.* illa opus sit Dei, qui in cordibus fidē infūdit) *Ephes. 2.* sed quia extrinsecus, quę sunt credenda proponunt (cum Dei ordinatione, fidem extern' pręcedat auditus, quod præstatur administratione uerbi) Qua planè fide, obscurum non est, homines non solū, ex oleastro excidi primi parentis, sed inseri ac plantari, in oliua pingui CHRISTI IESV: ut apostolus docet, *Rom. 10. & 11.*

Rigationis uerò uerbum, etsi tropicè insinuare potest, frequens prędicationis exercitium, ut nouellę arbores, fide in CHRISTO plantatæ, citius coalescāt (Siquidem et prędicatio in scripturis: non modò assimilatur rori, sed pluuiæ, imò & imbri: qui inebriat terrā, *Deut. 32.* *Esa. 55.* *Rigationis tropus, quid ad mentem, Apostoli.* & quantum ex se est, germinare eam facit) Puto tamen magis præmissis cōsentire, si de administratione intelligatur baptismi: quandòquidem & in hoc, non leuiter intumebant. Vndè sicut ueluti è regione dixit Apostolus, *1. Cor. 1. & 2.* q illis euangelizatus non est, in humanæ sapientiæ uerbis, ne eorum fides esset in sapien

tia hominum, ſed in uirtute Dei: ita & adiunxit, ꝙ non eſt fünctus apud illos, niſi ergà paucos, adminiſtratione baptiſmi, ne quis diceret, ꝙ ſuo in nomine baptizatus eſſet.

Et licet adminiſtratio baptiſmi, adminiſtratio ſit ſacramenti: Licet baptiſmus gratiam largiatur ſpiritus ſancti, imò iuxtà CHRISTI uerbum, ex ſpiritu ſancto regeneret: nõ tamen miniſter, ex ratione (ut ſic dicam) miniſtri, gratiam aut ſpiritum confert. Siquidem non accidit in baptiſmo, quemadmodũ in ordine ſacro, qui peculiare munus exigit, in miniſtro (ꝓpter quod, & ab alio q̃ Epiſcopo, conferri non poteſt) quandòquidem quilibet poteſt baptizare, & non ſolum laycus, ſed & mulier, imò & hæreticus: & baptizando gratiam, (ſuo modo) ſpiritus ſancti conferre: propterea ꝙ qui adminiſtrat cauſam, quãtum ex eo eſt, confert & illius effectum, qui communi lege, conſequitur cauſam: tametſi non aliter, effectus à conferente dependeat. Ergò quantumuis miniſtri, de quibus eſt ſermo, fuiſſent inſignes, quantumuis eximij, & apud Deum maximæ exiſtimationis (cum tamen aliud non præſtarent, q̃ plantationẽ & rigationem externam) haud dubiũ ꝙ quãtum augmentum attinet, uerè nihil erant: quippè quod, non niſi ex intrinſeco proficiſcitur. Ergò ſcitè dixit Apoſtolus, ꝙ neq; qui plantant neque qui rigant, aliquid ſunt: ſed

Ioan. 3.

Ordo ſacer, ut conferatur, ſpeciale munus exigit in miniſtro.

Augmẽtum non niſi ex intrinſeco proficiſcitur.

1. Cor. 3.

qui incrementum dat Deus.

Secunda ad quæstionem responsio. Deindè, etiam si ea uerba Pauli, ad prælatos extendimus (quod facilè consentimus) minime præmissis reclamant. Siquidem constat, ꝙ de prelatis sermo non erit absolutè, sed quatenus ad illos pertinet administratio uerbi: cum eò loci Apostolus, non nisi ea de administratione loquatur: tametsi (meo iudicio) annectat administrationem baptismi, quemadmodum diximus. Qui baptismus cum posit à quocunque præstari, liquet ꝙ administrationem uerbi, illius functio, nullo modo transcendit. *Simplicior intellectus tropi plantationis & rigationis.* Quod autem plantationem, & rigationem attingit (ut & suprà notauimus) populi præparationem cõtinet, qua adolescere posint in CHRISTO. Et quanquam, illam exhibent Episcopi, præclariori dono, quia munere exhibent pontificio, propter quod & illorum prędicatio, maiori cum energia procedit, & ad aures populi sibi crediti, uberiori cum fruge dilabitur (alias non diceret CHRISTVS, ꝙ oues uocem pastoris *Ioan. 10.* andiunt, & audiendo sequuntur: è contra uerò, illius qui non est pastor, non audiunt nec *Quo pacto denique qui plantant & qui rigãt nihil sunt.* sequuntur) nihilòminus & indubiè ueritatẽ habet, ꝙ neque qui plantat, neque qui rigat aliquid est, respectu scilicet augmenti, quod (ut dictum est) non nisi ex intrinsecus operãte progreditur. Nec in præparationis operibus, episcopi aliud quidẽ sunt, ꝗ externi mi-

niſtri:tametſi in ſequentibus, ut expreſſum eſt, ſint & cooperarij, imò & Dei, & CHRISTI, locum tenentes.

Rurſum, De eodem, Sed apertius.

Dioniſi'. Auguſtinus. Verùm quia doctrina ſimbolica, propter interprætationes uarias, non ſemper, tùm à Dioniſio, tùm ab Auguſtino, reputatur conuincere: forſan non erit inutile, ſiquid de epiſcoporum munere, ex ſcripturis ſine tropis occurrit, paucis inſeramus. Et licet id præſtari poſſet, ex pluribus locis, lubet tamen, ſolùm uerba Seruaroris expendere: quibus non modò Petrum, in Epiſcopum totius eccleſiæ conſecrauit, ſed & perſpicuè illius officium patefecit. *Epiſcoporū onus, excutitur ſine tropis.*

Ioan. 20. Dixit IESVS, *Simoni Petro*. Hoc eſt, Simoni in fide reddito ſolido & conſtanti. *Simon Iona*, Non enim erat filius Ioannis, ſed Ionæ. Quod ſi ſacramento uacaret, nec mòdò cum illum Pontificem facit, nec olim cum ſibi Pontificatum ſpopondit, CHRISTVS repeteret. Et quantum imbecillitas mea cōſequitur, admonet Pontificatum nemini exhibendum, imò nec promittendum, niſi filius ſit Columbę (id enim Iona ſignificat) hoc eſt, Canti. 6. niſi filius ſit, tum eccleſiæ, de qua legitur, una eſt columba mea, tum Spiritus ſancti, de quo Matt. 3. Luc. 3. euangelium docet, ꝙ aliquando informa columbæ deſcendit. Niſi, inquam, filius ſit Eccleſiæ, hoc eſt, niſi & habitus ab illa ſemper ſit, *Simon filius Ionæ cur repetatur à Chriſto.*

ut pius filius, & ab eo, illa semper obseruata sit, ut pijssima mater: utpote qui & illius doctrina sit pastus, & iuxtà illius leges, & ritus, optimè institutus: Nisi filius sit spiritus sancti, ut qui non solùm ex illo sit, in baptismo regenitus, sed & eius gratia fotus, & charismatibus locupletatus.

Quid sit filium esse spiritus sancti.

Ioan. 3.

Diligis me, nunc excitatum à mortuis, quēadmodum & diligebas properantem ad mortem, non modò asserens, ex ardore charitatis, sed repetens, paratum & promptum te mecum esse, non solum carceri tradi, sed & morti exponi? Diligis inquam me, postquàm non semel abnegasti, non dicam, ut hi, sed & *plusquam hi*, quemadmodum & apud Cæsaream Philippi, me præ his, Dei filium es cōfessus, & in nouissima cœna, audacter pręhis es protestatus, q̄ etsi, me pastore percusso, reliqui forent scandalizati, tu nunquàm esses scandalizatus? *Respondit Petrus*, non solum in gratiam reassumptus, sed ad altiorem (ni fallor) gradum promotus, & præ illis ardentiori CHRISTO charitate copulatus, quēadmodum & illis erat officio & auctoritate præpositus. *Tuscis Domine, quòd amo te*. Siquidem suam imbecillitatē expertus, & quātæ temeritatis fuerit se iactasse, ac præ reliquis præsumpsisse, nimium exploratus, non modò nō solita animositate loquitur, sed nec audet, euidens suæ conscientiæ testimonium,

Luc. 22.

Matt. 16.

Matt. 26

Petrus post lapsum non solùm in gratiam reassumptus, sed & ad gradum altiorem promotus.

nisi sub iudicio CHRISTI depromere: asserens q cum illum nulla res lateat, qui & per
Heb.4. tingit ad intima cordis, probè quidem nouit,
Prou.26. q amat, hoc est, uehementissimè diligit eum. Et cum non solum spirituum sit pōderator,
Luc.12. sed largitor: quiq; & ignē uenit mittere, nec aliud cupiat, quàm uehemēter accendi, prorsus, non ignorat, si plus q̄ reliqui ardeat eum.

Dicit ei IESVS. Si me uehemēter diligis, si p̄ ceteris ardes (quod planè nō diffiteor, qui & latebras tui cordis intueor, imò & inflāmo) rē à te, quę mihi est unicè chara, et pręomnibus suprā modum accepta, obnixè requiro. *Pasce agnos meos.* Olim ecclesię tibi Pontificatū promisi, nunc promissum absoluo: uerùm & quanti sit oneris detego. Siquidem & si non inficior, pro me, te aliquando conijciēdum in carcerem, & cum senueris, & si nolueris, ducēdum ad crucem, ac moriendum in ea: Et si nō renuo, te permansurum in fide, et si opus fuerit confirmaturum Apostolos, & confratres: Nihilòminus quod pontificatus est, exigo flāgitoq; ut agnos scilicet meos, quos sanguine mihi paraui, omni cura reficias. Illos tibi cōmitto, ac tota uirili commēdo: & esto certior, q si ardenter me diligis, necesse est, ut ardenter diligas eos. Quos & dum pasces, me pasces: quippè qui in eis insigniter dego, & quod uni ex minimis istis pręstatur, indubiè & mihi præstatur.

Quid Christo unicè charum, & præ omnibus suprà modum acceptum.

Matt.16. Ioan.21. Luc.22. Matt.25.

Dicit ei iterum. Simon Iona diligis me? Et planè quidem, plus his. Tum ne prima extenuetur interrogatio, tum ut & retineatur; semper ardentioribus CHRISTI, credēda munera pontificia. *Respondit Petrus*, eadē prorsus responsione. *Tu scis domine quòd amo te.* Nō occurrebat Petro assertio, aut tutior, aut efficacior, quàm ad illum, quem probè nouerat nihil effugere, iterum prouocare: & suæ quidem scientię, tùm certitudinem, tùm sui amoris præstantiam, toto corde committere.

Semper ardentioribus Christi credenda munera pontificia.

Dicit ei IESVS. Rege oues meas. Si me prę cæteris amas, præ cæteris, & hoc onus assumme, ut regas oues meas: Non ignarus quòd si agni, mihi sunt, unicè chari, oues unicè sunt charissimæ: si illi sunt proximi cordi, hæ sunt in meditullio cordis: si illi sunt semper ob oculos, hæ ut pupilla sunt oculi. Nec quidem mirum, cum minores illi sint, hæ uerò maiores: Illi egeant lacte, hæ solido cibo: Illi steriles, hæ sepiusculè grauidæ: Illi demū imbecilles, & ad labores insoliti, hæ fortes, & laboribus assuetæ. *Heb. 5.*

Dicit ei tertiò. Vt præseferat indubiè, tum eximiam in illo qui ungendus est Pastor, CHRISTI dilectionem requiri, tum, & potissimùm pastoris negocium, & primò, & secundò, & tertiò, in hoc ipso uersari: ut pascat & regat ecclesiam. Et licet, hoc in loco, sermo peculiariter sit, de summo Pontifice,

Pastoris officium, in quo primò, secundò, & tertiò habet consistere.

respectu uniuersalis ecclesiæ:non secus tamē intelligendum esse, & de episcopis, quibus commissæ sunt ecclesiæ particulares, Apostolus docet:qui illos non dissimilibus uerbis ex-

Act. 20. stimulat. Attendite, inquit, uestro gregi, quos posuit spiritus sanctus episcopos, ad regendum ecclesiam Dei. *Simon Iona amas me?* Non solùm me prę cęteris diligens, sed & unice ardens? Propterea, & (si non fallor) uerbum Diligere, in uerbum cōmutauit Amare, quemadmodum & respondendo, semper fecerat Petrus. *Et contristatus est Petrus*: tum ueritus aliquod prę sentaneum malum, tum prorsus nesciens, quo modo & tutius & ualidius posset suum ergà illum ardorem conuincere. *Dicitq; ei. Tu*, quidem, *omnia nosti*,

Cūr tertiò interrogatus contristatus est Petrus.

Prou. 16. non solum quia Deus, cuius oculi abditissima uident, sed quia homo: cum in te omnes

Col. 2. sint thesauri, tum scientiæ, tum sapientię Dei recōditi. Ergò tu mi domine & magister, imo redemptor & saluator, qui (ut alias noui mus) nosti quicquid latet in homine, *Tu in-*

Vera testimonia dilectionis Christi

Ioan. 16. quam, *scis quòd*, uere, *amo te*: nec aliud cupio ardeoue præter te. *Dicit ei IESVS. Pasce oues meas.* Sicut & priori loco mādauit de agnis. Igitur Petre, hæc erunt plenissima, & omni exceptione maiora, tuæ erga me dilectionis, tuiq; ardoris testimonia, si regeris paueris q;, tū oues, tum et infirmiores agnos meos, omni cura, ac tota uirili,

Et quanquàm præmissa Domini uerba, multis sint grauida sacramentis: de illis tamē, solùm aliquid attēptabimus, prout præsenti pertinent instituto. Qua de re excutienda non sunt, ut creationem continent pontificatus Petri, sed ut attinent functionem sui muneris: & per hoc officium cuiuscunq; Episcopi. Quod planè in duobus uerbis concludit, scilicet, in Regimine, & Pabuli administratione. Et à primo exorsi, quod potissime onus continet præsulatus, & ex quo omnis super gregem prælatis creditum, deducitur iurisdictio: maxime attendendum, ꝙ sicut indubie ex illo uerbo, Rege oues, habet summus Pontifex curam & regimen, totius uniuersalis ecclesię: ita, uel ex eodem (sed ordine suo) uel ex eo (si mauis) quod Apostolus dixit, Quos posuit spiritus sanctus Episcopos, regere ecclesiam Dei) habēt Episcopi curam & regimen, sibi crediti peculiaris populi. Quam & sortiuntur, uel cum confirmatio summi Pontificis ælectis, accedit, uel cum eiusdem authoritate (quemadmodum exigit rectè instituta ecclesiastica Ierarchia, iuxtà Patrum sacrosanctum ritum) inungitur.

Episcoporū officium, in regimine & pabuli administratione.

Act. 20.

Habent inquam regimen: At non quodcunq;, sed Pastorale (ita quidem & gręca uox sonat) & ob id, non ad prospiciēdum sibi, sed gregi. Siquidem oues, cum sint non solùm natura imbelles, sed timidæ, nesciantq; ab ho

Regimen episcoporum, regimen est Pastorale, & quid illud sit.

ſtibus ſe defendere, quos tamẽ hñt, & multos, callidos, & ſanguinem earum ardentes, præ omnibus animalibus, egent cura paſtoris. Quà ſi fuerint deſtitutæ, non modò errabundę uagantur, per ſaltus, per uepres, ſed facilè præcipitantur ac deglutiũtur, tum à lupis, tũ à leonibus, qui nuſquam non circumeunt, quęrentes ut aliquas deuorent. Habent, inquam, regimen paſtorale: Verũ non ethnicum (nam & qui apud gentes erant legitimi Principes, nec regimen uerterant in tyrãnidem, ſed neruis omnibus, populorum intendebant commodo & profectui, Paſtoris ornabantur œnconomijs) ſed Chriſtianum. Et propter hoc, non iuxta inſtituta ethnicorum paſtorum, ſud iuxta inſtituta unici, ac uerißimi Paſtoris CHRISTI.

1. Pet. 5.

Regimen Paſtorale ethnicũ, et Chriſtianum, & hoc eſt Epiſcopi.

Ergò regimen epiſcopi: Pręter id, qđ proficiſci non debet, ex ambitione gradus, ſed ex uocatione Dei, et iuxtà uerbũ Apoſtoli (nemo ſumit ſibi honorem, ſed uocatus à Deo, tanquam Aaron) non ex amore ſui, ſed ex dilectione CHRISTI, iuxta illius uerbum, inculcatum, ut patuit, principi epiſcoporum Petro (diligis me, diligis me plus his?) non ex cupiditate lucri, ut etiam diximus, ſed ex propenſione animi, iuxta admonitionem Petri (non turpis lucri gratia, ſed ex animo paſcentes gregem) non ad dominandum populis, ſed ad ſeruiendum eis, iuxta uerbum apo

Heb. 5.

Conditiones paſtoralis regiminis non ethnici, ſed Chriſtiani.

1. Pet. 5.

Ibidem.

ſtolorum Principis (non uelut dominantes in cleros) imò & iuxtà uerbum CHRISTI IESV (Principes gentium dominantur eis, uos autem non ſic: ſed qui maior eſt ueſtrũ, erit ueſter ſeruus:) Præter hæc, inquam, Nõ præſtatur ſolummodò uerbis, non ſolis conſtitutionibus & ſtatutis: ſed, & maximè (ut tactum eſt) integritate morum, & innocentia uitæ. Propter quod & Petrus de epiſcopis dicit, ut ſint ueluti formæ grægis: ut ad illos attendentes oues, uiuendi normam excipiant. Et dominus, Bonus paſtor ante oues uadit: plane non ſola præcedens authoritate, ſed (& potiſsimum) perfectione. Vndè & Apoſtolus Thimotheo Epheſiorum epiſcopo. Exemplum eſto fidelibus, in uerbo, in conuerſatione, in fide, in dilectione, in caſtitate.

Matt. 20
Luc. 22.
Ergò maximè arduum eſt, regimen paſtorale.
1. Cap. 5.
Ioan. 10.

Non præſtatur, ouibus proſpiciendo, ſolũmodò in communi, ſed & proſpiciẽdo ſingulis, in particulari. Propter quod, ſat non eſt bono paſtori, ut oues agnoſcat ex facie, iuxta monita Sapientis (Diligenter attende uultũ pecoris tui) quod pertinet ad agnitionẽ externam, & ex ſolo uiſu acceptam: ſed opus eſt, ut illas agnoſcat ex nomine, ut poſsit iuxta CHRISTI uerbum, ſingulas nominatim uocare: Quod pertinet ad agnitionem intimam, & conſuetudine partam. Siquidem aliquem noſſe ex nomine hebrçorum tropo,

Paſtori ſat non eſt ſi oues agnoſcat ex facie.
Prou. 27.
Ioan. 10.
Noſſe aliquẽ ex nomine, quid ſit in ſcripturis.

est illius notitiam habere domesticam, & familiarem, iuxtà illud domini ad Moisen: Noui te ex nomine. Imò est nosse amicè, & attendere speciali cura (Nouit dominus, q sunt eius: non relinquit dominus, quos cognouit: quorum & nomina sunt apud eum, in libro uitæ.) Non sat est, ut uocet illas in cōmuni, sed, ut præmisimus, necesse est, ut uocet singulas nominatim. Quod haud insolito tropo, est singulorum sollicitudinem gerere: & cuicūque sigillatim prospicere. Est pro illorum commodo, nulli non accommodare se se, ut dicere posit cum Apostolo: omnib⁹ omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. Est demùm omni cura disquirere, ut uestigetur siqua errauit, sanetur si qua languit, ligetur siqua intumuit, custodiatur siqua sit pinguis & fortis, & id genus, sicut in Ezechiele propheta.

Exo. 33. 2 Thi. 2 Roma 11. Phili. 4.

Vocare nominatim oues, quid sit

1 Cor. 9. Ezec. 34

Denique Episcopi regimen, eòusq; addictum est gregi, q sententia CHRISTI, pro ouibus animam, hoc est, uitam (ut scriptura loquitur) exponere non recusat. Quod hūc in modum intelligo. Constat bifariam in scripturis uitam acceptam: Aliquandò pro esse uitali, quod consistit in connexione animę ad corpus, de qua scriptum est: Quod uita hominis, in sanguine eius est: Aliquādò pro operationibus uitæ, de qua legitur in euangelio, Diliges Dominum Deum tuum, in omni ui-

Ioan 10.

Bon⁹ pastor p ouib⁹ animam ponit, Sed quomō intelligitur.

Leui. 17. Matt. 22.

ta tua. Et hæc quôque nō sunt obscura philosophis: ut cuique uidere licet, secundo libro de anima. Et quāuis bonus pastor, nullam recuset exponere, primam tamen, nō exponit, nisi in casu, quando scilicet saluti gregis, aliter non potest consulere: sed secundā, & quouis momento, & omni pro uirili, semper expendit: Quippè qui, ecclesiæ est præpositus, ut nō sibimet militet, sed ut illius profectum omnibus neruis procuret. — *Matt. 22.*

Episcopus p̄positus nō est ecclesiæ ut sibijpsi militet.

Nam (pręter id, ꝙ non præsidet, ut dixim⁹ ad dominandum, sed per charitatem omnibus inseruiendum: & notum est ꝙ seruus totum quod est, illius est, cui ad seruiendum addictus est) constat ꝙ & eius regimen, regimē est uiri respectu propriæ coniugis. Quippè qui Spōsus est suæ ecclesiæ: & ob id, haud dubium, ꝙ non secus illam, non modò tenetur diligere, sed fouere & custodire, ac ꝓpriū corpus: sicut Apostolus admonet. Imò ꝙ et illi non solū relicto patre & matre, & multò magis alijs quibusuis commodis, & illecebris, debet continuò adhærere: sed perindè ac proprium eius caput, omnibus actibus ei⁹, non modò superintendere, sed omnē uim & robur, iugiter applicare. Nam capitis est, corpori & singulis membris, uidere, audire, odorare, gustare, & loqui: est semper assistere, rectam ostendere, aduersa declinare, & in omnibus sua pro facultate, defendere & custodire, — *Galat. 5. Politic. 1. Ephes. 5. Gene. 1. Matt. 19.*

Episcopus, spōsus ē suæ ecclesiæ.

Propria officia capitis.

Hactenus de regimine. Nunc breuibus, de administratione pabuli.

Et quanquam ex premissis, magna ex parte res sit perspicua, non grauabimur tamen, & pauca superinserere: ut saltèm præaccept⁹ ordo seruetur. Primum igitur, nemini, puto, est obscurum, ad episcopū pertinere, egenas oues, etiam temporaliter pascere: iuxtâ illud tamen quod habet (ut uerbo utar Apostoli) & non iuxta id, quod non habet. Tametsi minimè detrectarim, ad charitatis uiscera pertinere, siquandò exemplo Pauli, qui ab opulentioribus exigebat gentibus, ut pauperibus subueniret israelitis, aliquid à ditioribus petat: aut (si malint) ut ipsi sua saltē ex abundantia, aliquid fratrib⁹ & suis in CHRISTO cōmembris, impartiri uelint, paterna admonitione sollicitet.

Oues pascende etiam tēporali cibo, sed quomō.

2. Cor. 8.

2. Cor. 8.

Pertinet inquā ad Episcopum egenis succurrere, & secundum illud quod habet, non modò ptinet ex charitate, sed pertinet ex ratione iustitiæ. Quippè qui, ex ui sui muneris pater est pauperum: quos oportet, iuxta uerbum CHRISTI, suis in ecclesijs semper habere. Nec patri congruit thesaurizare, nisi pro filijs, ut habeat, quod necessitatem tribuat patienti: sicut Apostolus dicit. Vndè & bona ecclesiæ, detractis quæ ad uitam eius pertinent (quandoquidem nemo militat stipendio proprio, & qui altari seruit, debet de

Matt. 26.

2. Cor. 12

Ephes. 4.

1. Cor.

Episcopus ex ui sui muneris, pater est pauperum.

altari etiam uiuere)imò & quæ pertinent ad decentiam gradus,in qua re tamē grandis eſt ſermo,ſed locum commodiorem, requirens: detractis & iuxta ſanctiones antiquas,quę neceſſaria ſunt pro reparatione eccleſiæ(niſi forte illa non egeat,aut illi,ut nō rarò accidit,prouentus ſint aliunde aſcripti)uidentur in pauperes exponenda,cum non aliam ob rationē, illis data ſint,quàm ut habeāt, iuxta uerbum CHRISTI, qui in ea reſident,unde poſsint pauperibus benefacere:quēadmodum & factum eſt,tempore apoſtolorum.

Optima diſtributio bonorum eccleſiæ.

Matt.26

Actœ.4.

Verùm etſi tenentur Epiſcopi,temporale pabulum,ut poſſunt egentibus miniſtrare, tenentur quòque & non minus,imò & longe magis,oues Dei uerbo reficere. Propter quod,ut ſuprà dicebamus ex Paulo, epiſcopum oportet eſſe doctorem & frequenter docere: Et non ſolùm in doctrina ſana, ſed & tàm ſolida,ut non modò poſsit rationem reddere,omni poſcenti,ut Petrus epiſcopum debitorem facit, ſed & ualide contradictores arguere,ſicut Paulus ad Thimotheum docet. Et quoniam docturus eſt omnes,& paruos et magnos,& agnos & oues,quoniam pabulum omnibus debet,palàm ꝙ opus eſt,ut ſciat imbecillioribus dare lac potum, & fortioribus adminiſtrare ſolidum cibum: imo & ſapientiam loqui inter perfectos.

Oues reficiēdæ à Paſtoribus uerbo Dei.

Epheſ.4.

1.Thi.4.

2.Cap.3.

1.Cap.6.

1. Cor.1.

Heb 5.

1. Cor.2.

Et quāquàm pabulum temporale,epiſcopus

pus ministrare possit per aliũ, presertim si eo negotio, retraheretur ab administratione pabuli spiritualis, aut ab aliquo non minori bono (Aliàs non dixissent Apostoli, Non est ęquum nos derelinquere uerbum Dei, & ministrare mensis, Nec ecclesia statuisset oeconomos, aut Diaconos huic oneri deputasset, nec legeremus leuitam Laurentium, thesauros ecclesiæ ritè pauperibus dispersisse) Pabulum tamen spirituale, debet ministrare per sese. Vnde & Petro non semel dictum est, pasce, sed bis: Et episcopis per Petrum, Pascite, quãtum in uobis est, gregem CHRISTI. Nec immeritò, quoniã Pastorum est gregem pascere, ut Dominus per Ezechielem docet: & oues solum pastoris uocẽ agnoscunt, quẽadmodum & sequuntur: sicut Seruator nos admonet, & iam non semel assũpsimus. Imò, ut ostendimus, longe maiorem uim habent uerba Episcopi, quam cuius uolueris mercẽnarij, cuius scilicet, non sunt oues propriç. Quippe quç ex locupletiori, imò & excellẽtiori dono procedunt.

Acto.6. *Ioan.20.* *1. Cap.5.* *Cap.34.* *Ioan.10.*

Eps tempora le pabulũ potest ministrare p aliũ, sed spũale, debet ministrare per sese.

Verba Pastoris longè maioris efficaciæ, quã cui' uolueris mercennarij.

Verùm et si res ita se habet, accidit tamen, ut nonnunquam excusetur episcopus, si per ministrum inferioris ordinis, id muneris exequatur. Vndè et Aaron iũctus est Moisi, eò quod nõ erat eloquẽs, ut eius loco, uerba haberet ad populũ: Et beatus Valerius, haud dissimili ratione, suffecerat leuitam Vincentium,

Exod.4.

Qũo eps potest concionari p alium

ut ſui loco, nõ ſolùm concionaretur plebi, ſed ut & de fide reſponderet pro illo, coràm iudice. Imò, ſi non fallor, etiam apoſtolorum tẽpore, ſeruatum eſſe uidetur: Aliàs nõ addidiſſet Apoſtolus, poſt uerba, (qui bene preſũt preſbiteri, duplici honorentur honore) maximè qui laborãt in uerbo et doctrina: Nec tolleraſſet illos, etiam euangelizare CHRISTVM, qui non fidei zelo, ſed quęſita, etiam nõ iuſta, occaſione, illum euangelizabãt: Imò nec fuiſſent à Deo inferiores uerbi miniſtri inſtituti & dono prophetiæ, ſiue interpretationis dignati: Nec in eccleſiis permiſiſſet, alios ab epiſcopis loqui, quod tamẽ non ſolùm ꝑmittit ſed & ordinem loquentium ſtatuit: ut poſſẽt ſinguli ſuo munere fungi. Crediderim tamẽ maximè expedire, ut cum epiſcopus concionatur per alium, ſemper concioni adeſſet: nõ tantum propter periculum, nequis per philoſophiam, uel inanẽ fallaciam, ouiculas deprædetur, aut per doctrinas erroneas, uel hęreticas, gregem uniuerſũ inficiat (Siquidem multi ueniũt prophetæ, ut dixit Dominus, in ueſtimentis ouium, qui intrinſecus ſunt lupi rapaces) Sed etiã quia adminiſtratio uerbi, maioris efficitur authoritatis, & profectus in grege, cum miniſter tunc quaſi os reddatur epiſcopi, ſuaque præſentia teſtetur epiſcopus approbare, quicquid concionator producit: quod meo iudicio, non ſolùm, non erit me-

1.Thi. 5.

Inferiores epis etiã ad miniſtratores uerbi.

Philip. 1.

1.Cor. 14

Epiſcopi adſint cõcionibus miniſtrorũ ſuorum.

Col. 1.

Matt. 7.

diocris satisfactionis, sed & uberioris frugis, et utilitatis.

Necesse est Episcopū, in sua Ecclesia residere.

Quibus omnibus plenè cōsideratis, haud difficile est (si non fallor) euincere q̄ debitum sit episcopis in suis residere ecclesijs. Si enim sunt instituti ad opus, nec quidem imperij, sed ministerij: obscurum non est, ꝙ instituti sunt ut ipsi suo muneri seruiant. Et (præter id, ꝙ repugnat rationi ministri, habere ministrum, quandòquidem Seruatore teste, ministri est ministrare, & non recumbere, præcinctum esse ad opus, & non substituere operarium, & præsertim eo in opere, ad quod est sælectus, imò & mercede conductus) constat episcopi ministerium, tanti fore momenti, tātam exigere curā, sollicitudinem, superintendentiam: ut uerè putauerim neminem suæ saluti rectè consulere, nisi in eo, oēs uires expenderit. Adde: Quam gratū sit CHRISTO, & q̄ debitum illius dilectioni, q̄ impium illum non æmulari, qui se episcopis in exemplum dedit.

Quā debitū epīs residere — *Ephes. 4. Luc. 12.*

Sed, ut paucis rem absoluam, palàm siquis Epscopi munus excusserit, quod onus est personale, & in multis presentiam corporalē requirens. Et quidem si spectetur ea ex parte, qua tenetur oues sibi creditas pascere (preter id, quòd pascere, opus est pastoris, ut Domi-

Mūnus Epī onus est personale. — *Ezec 34.*

nus dixit)certum eſt quòd pabulum uerbi,de quo ſermo, ita habet ab epiſcopo proficiſci: ut parum ouibus proſit, niſi proficiſcatur ab eo. Quippè quę ut non ſemel diximus,uocē non audiunt mercennarij, cuius ſcilicet(inter pres eſt CHRISTVS) oues non ſunt proprię. Quod ſi quando excuſetur, non ſecus ac Moſes,à concione publica, non excuſatur tamen à concione priuata: Non à priuatis cō ſilijs,admonitionibus, & id genus,exercitijs, reficiēdis animis neceſarijs. Si uerò ex ea,qua oues aſtringitur regere: haud dubiū, quòd id ſine ſui præſentia præſtari non poteſt. Imò neceſſe eſt, ut ab eo dumtaxat progrediatur: Aliàs quo pacto ante oues ibit? Quo pacto ſingulas uocitabit? & cuicunq; quod opus illi eſt ad ſalutem proſpiciet? Quomodo ſe habebit ad illam ut ſponſus,ſi non dimiſerit patrem & matrem,& adherebit eccleſiæ ſuæ,ut illius perfruatur amplexib9,& reddat illi proprium debitum? Quomodo ut caput, ſi non præſens ſit corpori,illi uidens,audiēs, loquēs, & id genus officiorum exhibens: quæ caput, quouis momento,præſtat reliquo corpori? Quo modo pro ouibus uitam,non detrectabit exponere, qui non niſi ſuo commodo,uitam uiuit? quique tàm longè abeſt,ut nec uideat,nec audiat lupos: qui tamen & paſsim, & ſemper ouibus ſunt infeſti, & earum ſanguinem ardentiſsimè ſitiunt? Et licet adſint

Et ſi Eps ex cuſatur quādoque à concione publica non tamē excuſatur,à concione priuata.

Ioan.10.

Epheſ.5.

1.Cor.7.

mercennarij, fugiunt tamen luporum aspectum: quia (ut dicit dominus) ad illos nõ pertinent oues.

Mitto quæ spectant ad consecrationes ecclesiæ, per sacramenta Ordinis & Confirmationis, quæ sine dubio, inter præcipua opera sunt episcopi: in quibus, ut patuit, non modò sunt Dei & CHRISTI ministri, sed & cooperarij, quibus sine controuersia, alij ab episcopis non funguntur, & communi iure, non nisi ab episcopis proprijs, suis in ecclesijs exhibentur: Quandòquidem nulla ecclesia, plures habet episcopos quemadmodum nec plures patitur spõsos. Quare si quilibet, suæ uacaret ecclesiæ, ut communis lex habet, nullibi præstarentur nisi ab episcopo proprio. Sed esto fiant à suffraganeis: certum est q̃ nõ fiunt, ut à suis pastoribus, sed sicut à mercennarijs. Quod quãta dignum sit animaduersione, facilè constat: cum id aliud non sit, quã nolle suo munere fungi: imò & dedignari Deo & CHRISTO cooperatorem esse. Sed quid multis? Cõpertissimum mihi est, suum onus non agnoscere, nec quanto in discrimine, quouis momẽto, salus uersetur animarum, minus animaduertere: qui earum curæ, cui tamen & addixerunt sese, non studuerint, omni tum uigilantia, tum sollicitudine, imò & assidua superintẽdẽtia, quibusuis post habitis, insistere, ac semper attendere.

Consecrationes, quæ necessariò ab Episcopis exiguntur, Et cõi iure ab episcopis proprijs.

Aduertant qui suũ munus præstare non curant.

Episcopus, regulariter residere debet assiduè.

Sed dices. Esto necesse sit episcopo, in sua residere ecclesia: Est ne opus, ut in ea persistat assiduè? Respondeo. Regulariter quidem, residentia esse debet assidua: sed in aliquibus casibus admittitur interpolata. Quod hunc in modum intelligo. Primùm assidua residẽtia, minimas non excludit distantias, aut momẽtaneas, ut sic dixerim, interpolationes: quandòquidem notum est, & in humanis moralibusque negocijs, quòd parũ pro nihilo reputatur: et quòd de minimis non curat Prætor. Siquidem residentia reputatur continua, etiam si quãdo, ad breuissimum tempus, Episcopũ contingat abesse: aut loco suę diocesis, esse adeò proximum, ut nõ minus gregi ualeat superintẽdere (nec enim Deus, id ea districtione requirit, ut nunquam liceat, uel subleuandi animi gratia, parũper à laboribus requiescere: nec semper populo prodest, nimium morosus Princeps) Sed excludit distãtias (ut ita dixerim) longas: & interpolationes prolixas: Quod hoc pacto difficilè non est conuincere. Certum quidem est, totum pastoris negocium, salutem esse animarum: Quod quãti sit momenti, nemo est qui ignoret. Quia ergò dum hic agimus, nunquam expositi nõ sumus periculo, imo & in multis & magnis, jugiter uersamur periculis: quin et in hoc ma

Quo pacto residentia intelligatur assidua.

Totum pastoris negociũ, salus est animarum.

Philip. 2.

Ioan. 10.

Esa. 26.

Psal. 16.

Zach. 2.

Iob. 26.

ri magno,& ſpacioſo,frequentibus agitamur procellis. Et præter illecebras carnis,& fallacias huius mundi: nunquàm non uallamur multitudine hoſtium,nunquam nō petimur eorum machinis:& rarò eſt, ꝙ aliquibus non circumueniamur inſidijs;Ideo factum eſt, ut aſſidua egeamus cuſtodia, imò & uigilantiſſima cura.

Et licet ęlecti,propter quos, epiſcopi ſunt potiſſimum inſtituti,& eam ob rationem,ad paſcendum,tùm oues,tùm agnos(qui in ſcripturis indubie ęlectos exprimunt) peculiariter deputati,tandem perire non poſſint,quoniam ut dominus dixit, nemo eos poteſt rapere,de manu ſui Patris: Licet et paſtor CHRISTVS,illis ſemper aſſiſtat,& perindè ac murus,& antemurale, ut aliquando promiſit,ſecure defendat, imò & ut pupilla cuſtodiat: Nihilòminus ſicut ſtatuit in ordine Vniuerſi ut creaturæ magis inſignes, & in ſublimioribus gradu & loco repoſitę,ſua ꝓ uirili proſpicerēt his,quæ natura ſunt minus inſignes, ad inferiorem gradum,ordinemque ſpectantes: Et tamen certum eſt, ꝙ diuina uirtus, nullā quantūuis minimā, deſerit (alias reduceretur in nihilum) Certum ꝙ ordinem iſtū non ſtatuit,quia ſit uiribus imbecillis, ſed quia ſic placuit ſuæ liberalitati: Ita & ſua in eccleſia, magna cum ratione, obſeruari conſtituit,& decreuit.

Epiſcopi potiſſimum inſtituti, propter electos.

Ioan.10.

Eſa.26.

Pſal.16.

Zach.2.

Ordo diuinæ prouidentiæ,in ꝓmouendis reb'.

Iob.26.

Quam ob rem nõ obſtat diuina protectio, aut tam ualida CHRISTI cuſtodia, quin maximè ſit uigilandum epiſcopis, aut omni pro uirili indefeſſe ſuperintendendum, ſed urget potius, & ſtimulos addit: ut cõſiderata incredibili dignatione Dei, qui illos ſecum, non quidem in regendis rebus inferioribus, aut minus inſignibus creaturis: ſed in ſeruando unicè ſibi dilecto peculio, animabusq; tanto impendio comparatis, ad ſalutem promouẽdis, fecit eſſe conſortes. Et licet tam enixè uoluerit eſſe commendatas, & tanta cura ac ſollicitudine cuſtoditas, quantam exigit ardor, tum ſuus ergà illas, tum noſter ergà ſeſe (qui planè exigit, tum eximiam diligentiam, tum heroicam ſollicitudinem) nemini tamen dubiũ, ꝙ paſtores ex animo, quantum in ſe fuerit, ſuã functiònem præſtantes, Deus ſemper oportuno, & ob id, heroico & eximio, fauore præueniat, manum apponat, ac ſucceſſum in omnibus locupletiſsimè faciat: Et tandem pro labore ex charitate ſuſcepto, mercedem opulẽtiſsimam ſoluat.

Paſtoribus quod ſui oneris eſt præſtãtibus, nõ deeſt De⁹ oportuno fauore.

Et licet uerba Domini, Paſce, Regeque, uim habeant affirmandi, & per hoc ſubſint regulæ affirmatiui pręcepti (quod ut probè dicunt, cogit quidem ſemper, ſed nõ cogit ad ſemper, ſed pro loco, & tempore) & propterea uideri poſſit, ꝙ ſi epiſcopus coactus non eſt, ſemper regere, nõ ſemꝑ paſcere, ſed opor

tuno loco & tempore, ꝙ & pariter coactus non sit, assidue residere: Nihilòminus siquis attendit, quanti momenti sit, ut diximus, salus animarũ, in quantis uersentur periculis, ꝙ̃ facile sit in hoc procelloso mari, fragilem Cymbam submergi: Et præter hæc, ꝙ̃ plurima quotidie possunt accidere, quæ egent peculiari consilio, iudicio, prudentia, & cura Pastoris: præsertim ergà gregem imbellem, & tamẽ undiq; expositũ hostibus: qui tam proximus est ut tabescat, & tamen cum pestilentibus habitat: non dubito ꝙ facilę animaduertet, ꝙ̃ necesse sit, si non ex modo pręcepti, ex natura tamen rei, ad quam præceptum ordinatur, Episcopos suis in ecclesijs, assidue commorari.

Præceptũm est affirmatiuũ. nil tamẽ ꝓhibet quin aliquis cogatur ad semp.

Casus in quibus Episcopus excúsatur, si continuè non resederit.

Deinde quia oẽ quod est regulare, cõmuni lege, patitur exceptionem: Tametsi residentiam ad magnum tempus intercidere, sua pro uoluntate, non licet, in aliquibus tamen casibus, non obscura, ut prosequimur, ratione licet. Qui saltem iudicio meo, sunt quinque.

PRIMVS est, Congregatio generalis cõcilij. Nam cum eo casu, tota sit cogenda ecclesia, palàm ꝙ episcopi, ꝗ principales sunt partes, in quibus & uirtute, reliqui qui ad ecclesiam pertinent, sunt compræhensi, tenentur non solum adesse, sed & usq; ad illius con

Primus casus quo residentiæ, non tenetur.

ſumationem perſiſtere. Quod nec ſine fru ge, ſuarum tranſit eccleſiarum: cum illud, qđ toti conducit, etiam ad membra deſcendat

Secundus caſus.

SECVNDVS eſt, Profectus eccleſię p-ticularis. Siquidem unuſquiſque tenetur, ec cleſiæ ſibi creditæ, ſollicitè procurare, quod confert. Ergò ſiquandò ea de ratione, opus eſt per tempus abeſſe, Romam accedere, Sũ mum paſtorem conſulere, aut etiam ſecularem Principem conuenire: non immeritò excuſatur. Imò & illud eſt eccleſiæ ſuperin tendere, & ſuo munere fungi. Ponderandũ tamen eſt ſano iudicio, quid magis cõducat, in eccleſia perſiſtere, an ſperatum prouentũ, abſentia procurare: & conſtat ꝙ conducibilius æligendum eſt. Quod ſi neſciat in partium alteram per ſeipſum inflectere, puto non deerunt, quos conſulat. Vel ſummo Pa ſtori ſignificet, & illius conſilio, ſe cõmittat.

Tertius caſus.

TERTIVS eſt, Perſequutio perſonalis. Rom.12. Nam & ad tempus ex doctrina Pauli, ceden dum eſt iræ. Quod tamen intelligo, cum Pa ſtoris diſceſsio, non præiudicat animarum ſibi creditarum ſaluti, exemplo Athanaſij & aliorum Patrum. Aliàs ſi oues relinqueret lupis, aut euerſoribus fidei & chriſtianæ pietatis, non licet diſcedere, ſed potius ut bonus paſtor, debet pro ouibus ſe morti obijcere.

Quartus caſus.

QVARVS eſt, Adeptio ualetudinis. Cũ enim paſtor infirmus, quæ ſui ſunt oneris, nõ

facilè exequatur, incommodò non erit ecclesiæ, si ad tempus illius præsentia destituitur: ut ualidior factus, commodius illi ministret. Quod & sine præiudicio intelligitur animarum, sicut & in præcedenti casu.

QVINTVS est, Voluntas summi Pōtificis. Quod non intelligo de qualibet uoluntate, quoniam, non de uoluntate tollerante, non de permittente, non de emendicata præcibus uel fauore: Sed intelligo de illius uoluntate simpliciter & absolutè, qua scilicet uult, quia sic, re uera expedire cognoscit. Nā cum indubiè ad illum spectet, tum regere, tū pascere totam CHRISTI ecclesiam: indubiè & ad illum potissimū pertinet, cuiuis particulari ecclesiæ, ministros præscribere. Et certum est, ꝙ sicut illius libertatis exstitit, cuicunque diocesum, certos pręfigere terminos, quos tamen potest iusta de ratione, tum retrahere, tum extendere: ita & eius exstitit optionis, ut hæc particularis fideliuin multitudo, proximè regeretur ac pasceretur episcopo, & illa proxime & regeretur & pasceretur ordinis inferioris ministro. Quod & nihilominus posset, & iusta ratione mutare.

Quintus casus.

Ad summū spectat pontificem, cuiuis ecclesiæ ministros p̄scribere.

Et quamuis ecclesia, in cathedram episcopalem euhecta, eo dignitatis, communi lege, priuanda non sit: sicut tamen accidit, ut nōnunquam iuste priuetur, & non solum ad tēpus (ut cum ob demerita, fuerit suspendēdus

episcopus) sed & absolutè (ut cum ob scelus populi, priuanda est cathedra episcopali) quibus casibus, animarum cura, sine controuersia, relinquitur inferiori ministro: ita & accidere potest, ut non in alterius eorum pœnam, sed ob piam causam, uel iustam rationem, uelit summus Pontifex, ad tempus episcoporũ aliquem, certo negotio deseruire, & per hoc, ad tempus suam ecclesiam, corporaliter destituere: & sic eo pro tempore, ab inferiori ministro, proximè regi, ac proximè pasci. Quo quidem casu, meo iudicio, non solum episcopus à residentia excusatur, sed si negotium illud ecclesiæ uniuersali conducit, â propria functione, penitus non dimouetur: quandoquidem & eo pacto, procuranda est salus particularis membri, ut cum opus fuerit, etiam pro salute totius corporis, posſit exponi. Vndè & Apostolus, Titum quem in episcopum præfecerat Cretæ, non solùm aliquando accersiuit ad se, sed & misit ad Dalmatas: Et Thimotheum, qui Eps erat Ephesi, non rarò secum detinuit, & ad Philippẽses mittere destinauit, ut & certò sciret, quo pacto res agerenť cũ eis.

Ecclesia pōt ad tēpus iusta ratione, destitui præsentia sui episcopi.

Ad Thi. 3
2. Thi 4.
Philip. 2

Et licet forsan non deessent, qui eo in negocio, summe possent inseruire pontifici: dubiũ tamen non est, quantum conferat, non modò rei dignitati, sed & promotioni: cum agitur p uirum non solum prudẽtem, fidelem, & probum, sed gradu & honore insignem. Et præ

Multùm refert rem tractari quandoque p uirũ probũ & honore insignem.

ſertim cum res,non tantum eſt grauis & pia, ſed non mediocris momenti,ſed eccleſiæ conducens uniuerſali,& nō rarò cum magnis tractanda Principibus: ſicut contingit legatis, nuncijs, & oratoribus. Nec puto defuiſſent Apoſtolo,quos mitteret in Dalmatiam, aut ad uiſendum qui crediderunt Philippis:ſed ſicut Thimotheum ælegit,quia nō habebat magis unanimen,ita ælegit & Titum,quia fortè non habuit magis fidelem. Quod dico de legatis & nuncijs,non ea de ratione commemoro,ꝙ in his tantum conſiſtam, quandoquidē meū non eſt leges præſcribere Pontificis uoluntati: ſed quia hæc ab omnibus (ſi non fallor) debent eſſe comperta. Siquidem negocij genus & qualitas, Pontificis ſunt relinquēda prudentię,in quo & eximia,& heroica neceſſaria eſt. Imô cum regimen ſummi Pontificis,longè ſit præclarius, longeq; excellentius quouis humano regimine: illi ſatis nō eſt, quæuis prudentia hominis, etiam ſi heroica ſit,ſed illi opus eſt prudentia ſpiritus: (quæ & uiro,ſi Salomoni creditur,ſapientia eſt) & ea quidem,non mediocris,ſed ſumma.

Philip. 2.

Prouē. 10

Sapiētia eſt uiro prudentia.

Si enim,ut nemini dubitare fas eſt, penes illum ſemper eſt aſſiſtentia ſpiritus ſancti:& cum ſuo munere fungitur,nō modo in ea re, illum nō deſerit,ſed & locupletiſsimè dirigit: haud dubiū,ꝙ aderit,& prudentia & ſapientia ſpiritus,quæ & chariſmata eius ſunt. Et ſi

de ratione prudentiæ eſt, conſiliari, decernere, prouidere: palàm q̄ de ratione prudentię ſpiritus eſt, ea facere conſilio, iudicio & prouidentia ſpiritus. Ergò nulli dubiũ, q̄ cum cõſulit Deũ, cũ iudicat poſthabitis priuatis affectib⁹, & prouidet ſaluti totius eccleſię: q̄ omnia prudentiſsimè ac ſapientiſsimè facit. Et quoniã ſi nefas eſt, de proximo malè ſentire, & deterius eſt non rectè de ſuperiori cogitare, pluſq̄ nefarium erit, quod ſummo uidetur paſtori, non boni conſulere: imò non ſumma cum ueneratione ſuſcipere. Quare meo iudicio, tutiſsimè nos illius uoluntati committimus, imò & committi debemus: illi ſemper obedire, & omnia quę iuſſerit, inquantùm poſſumus, q̄ rectiſsimè interpretari.

Ethic. 6

Quę pertinẽt ad Prudentiã ſpũs.

Matt. 7

1. Cor. 13

Tutè nos Põtificis uoluntati cõmittimus.

At ſi uoluntas eius ſit, ut nõ modò Epiſcopus, à ſua abſit eccleſia, tempore pertractandi negocij, ſed & uſquequò Pontifex egerit in humanis: quippè qui illum uult ſibi frequenter aſſiſtere, non raró conſulere, & à ſecretis habere: quid ritè Epiſcopus faciet? Rurſum. Si illum euheat in Cardinalem, & propterea non ſolum quòad Papa uixerit, ſed & quòad ſuperſtes ipſe fuerit, nequit in eccleſia reſidere: quid facere habet?

In priori caſu, Rectè quidẽ faceret, ſiquando exoraret, ut poſſet ad ſponſam redire. Qđ ſi pręce non obtinet, ſuggerat & ſuadeat, ut ſui loco pręficiatur alius, qui ut ſponſus illi ec-

Ep̃s factus ſecretarius Papę, quid facere debeat.

clesię ualeat adhęrere. Quod si assequi nequit, securus obtẽperare potest: imò & (mea sententia) obtemperare debet. Nam (prętter id, ꝙ onus, eo casu, in summũ reijceretur Pontificem) ex præmissis sufficienter habetur, ꝙ summi Pastoris uoluntate, põt particularis ecclesia, pastori ordinis inferioris committi: & præsertim ad tempus, & iusta de ratione. Et si iusta fuit ratio (sicut indubiè iusta fuit) ut

Ep̃alis ecclesia nõnunq̃ põt ministro ep̃o inferiori committi.

2.Thi.4. Romam Paulus Thimotheum accerseret, &
Philip.2. in sui obsequium (ut qui illi nõ secus ac filius patri semper obsequutus fuerat) uel cõsortiũ (nam missis, in Dalmatiam Tito, & in Galatiam Crescentio, solus cum Luca degebat) & usq; ad obitum (qui tamẽ proximè instabat) pariter retineret: Cur & ratio non poterit esse iusta, siquando summo uideretur Pontifici, quempiam apud se episcoporũ habere, ac illo etiã usq; ad diẽ ultimũ (qui Pontificibus, non longe, cõi cursu, protẽditur) in profectum totius ecclesiæ, sibi iugiter deseruire?

Ioan.20. Verùm ut res sit magis dilucida, attendendum est ꝙ cum summo Pontifici, non modò commissi sint agni, sed oues, & ob id non solũ minores, ut dictũ est, sed & maiores, & ꝑ hoc Præsules, qui minores nõ secus ac oues agnos, CHRISTO pariunt, lacte pascunt, & ad pietatem instituunt, commissi sunt, (imò & hi insigniter cõmissi sunt: quippe qui non solum commissi sunt, ut pascantur, sed ut & regãtur

Ep̃i non modò commissi summo Pontifici, sed cõmissi insigniter.

ab eo, ut perspicue Dñs dixit) plane q̃ nõ erit obscurũ (uel ex hac insigni cõmissione) quod rẽ attinet, facile animaduertere. Siquidẽ cũ summo Pótifici dictũ est, Rege oues, indubie peculiaris illi Epõrũ demandata est cura: nec quidẽ tantũ, ut eorũ ꝑspiciatur personis (q̃m id satis factũ est, cum dictum est, Pasce: & notum est, q̃ (prętet id q̃ oues egẽt solido cibo) non modò accuratius, sed & uberius, illis prouidendũ est: unde & qui bene præsunt, dupli ci dignant̃ honore, uti Apostolus scribit) Sed & maxime, ut eorum prospiciatur officio, & ob id, ut illius peculiari moderatione, grex illis creditus dirigatur ab eis. Propter quod, & sũmi Pontificis sanctiones astringũt episcopos ut iuxtà illas, suo inseruiant muneri: Et certũ est, in Ierarchia, ecclesiæ, non modo inferiores gradus à supiorib⁹ decorari, sed dirigi: & p̃cellentiores à supræmo insigniter regi, ac perfici. Vnde & prouide factũ est, ut certo tẽpore, eorũ quilibet limina apostolorũ adeat, ac sũmo se Pontifici rep̃senter. Nec quidẽ tantũ (meo iudicio) ut illũ (sicut & par est) supiorẽ agnoscat, sed ut & (exẽplo Pauli qui Ierosolimã ꝑfectus est uidere Petrũ) cũ illo, sua de ecclesia cõferat, illius uoluntatẽ requirat, & iuxta eius pręscriptum exequutioni tradat.

Epi cõmissi sũmo põtifici, nõ solũ ut eorũ ꝑspiciatur ꝑsonis, sed ut eorũ ꝑspiciatur regimini:

Ioan. 20.

1. Thi. 5.

Episcopi cur certo tẽpore apostolorũ limina uisitare tenentur.

Galat.

Ergò indubie cura p̃sulis particularis, Dei ordinatione, à cura depẽdet supremi põtificis, & ob id & quę illius alligata sunt oneri non so

lum

lũ tutè, ſed & legiptimè, illius hñt diſpenſatio-
ni ſubijci, & pro illius iudicio, ac moderatione
exequutioni mandari. Ergò et iuxtà ſummi
Pontificis uoluntatẽ, dubitandũ non eſt, mul-
tis in caſib⁹, poſſe cõtingere, ut eṗs ſine ſui mu
neris p̃iudicio p̃ſtet, qđ ſuę tenetur eccleſiæ, p
uicariũ, uel miniſtrũ, ut ſępe diximus ordine
inferiorẽ: & p hoc, ut abſq; diuini p̃cepti uiola
tiõe (ut qđ nõ quouis caſu ep̃m ligat) nõnunq̃
& ad tp̃s, à corporali reſidẽtia ualeat ſuperſe-
dere. Nec ꝑpterea, ep̃m penes ſe retinẽte Põ
tifice, iniuria pati, illius uidereť eccleſia: q̃nqui
dẽ (p̃ter id ꝙ ſpõſo nõ deſtitueret abſolutè, ſed
ſolũ deſtitueret ad tp̃s) cõſtat ꝙ eṗs apud Põ-
tificẽ degens, illiq; in re nõ leuis momẽti, & in
cõmodũ totius eccleſię ſeruiẽs, nõ mõ ei fit mẽ
brũ proximũ, ſed cõiunctũ, & ob id, ad pſonã
eius peculiariter ptinẽs: Qđ, tm̃ abeſt, ut iniu
riã illius facere poſſit eccleſiæ, ꝙ facit nõ cõtẽ-
nẽdũ fauorẽ. Nã hũc in modũ deuinctus põti-
fici, nequit illius ſplẽdore, inſigniter nõ perfũ-
di, & p hoc nõnihil ulterioris lucis proprię ec-
cleſię nõ afferre: Pręter id, ꝙ ſi uelit, poterit ua
lidius ſupintendere, & q̃ illi expedire poſſunt
efficacius ꝓcurare. Quare nec ſuis prouẽti-
bus, etiã ſi de mẽſa põtificis uiueret, foret quo
uis iure priuãdus: Sed detractis, quę ſuis, illa in
eccleſia eſſent ſuppeditãda miniſtris, & q̃ cõ-
tingeret deputari reparatiõi materialis tẽpli,
& demũ q̃ exponenda forent in eleemoſinas
pauperũ, q̃ fortè nõ ſũt minima pars, p̃ſertim

Ep̃s nõnunquã apud Põtificẽ degit ſine iniuria ſuæ eccleſiæ, imò cũ illius nõ mediocri fauore.

Ep̃s apud Põtificẽ agens, quõ & quo pacto, iure pcipit fructus ſuæ eccleſiæ.

si redditus sint ex Decimis (ut q̃ in noua lege nõ sunt p̃ceptę solũ ut substẽtent̃ ministri, quẽadmodũ in lege Moisi, sed ut & reficiãtur pauperes, sicut & Doctores aĩaduertunt) nõ dubito qd̃ reliquũ fuerit, Ep̃m posse, ꝑcipere, & in licitos usus exponere: & p̃sertim cũ sua culpa nõ absit, & nõ leuiter, ut dictũ est, sicut & põt, suę eccl̃ię, de oportunis, nõ obmiserit, ꝓuidere. *S. Tho. secũda, secundæ.*

In Posteriori casu, accurratius obseruãdũ, ꝙ cũ ep̃s efficit̃ Cardinalis, cõi lege, nõ remanet eccl̃iæ illius ep̃s, sed cõmendatarius: propter qd̃, nec amplius alligat̃ illi uinculo ep̃ali, aut sp̃ũalis matrimonij, sed administratoris. Quare nõ ex inductis sup̃ius fundamẽtis, sed ex natura & ui, istius alterius uinculi, si nõ fallor, resoluẽda q̃stio est. Nec de administratoribus in p̃senti loquemur, q sunt ueluti depositarij, quẽadmodũ tp̃ibus factũ est retroactis, qñ eccl̃iæ cõmẽdabãtur ad tẽpus, nec de fructib⁹ beneficij cõmẽdati licitũ erat, cui cõmẽdabãt̃ disponere: Sed de administratoribus loquemur, ut dicũt beneficiatis, sicut accidit tp̃ibus nostris, quibus & cõmẽdant̃ ꝑpetuõ, & cõmẽdatario licitũ est fructus ꝑcipere, & in usus ꝓprios distribuere Siquidẽ in illis difficilẽ nõ est agnoscere, ꝙ astricti nõ erãt assiduẽ, residere, & fortẽ satis erat, supintendere, & ꝑ sapientẽ œconomũ çõmẽdatę eccl̃iæ ꝓximẽ deseruire: Q̃ñquidẽ eccl̃ia tũc tẽporis cõmẽdata, nõ erat eccl̃iæ, ut uocãt, titulari repugnans, & ambas, & forsitan plures, absq; alia disp̃ẽsatione,

Ep̃s Cardinalis factus an à residentia excusetur

Cõmendatarij nõ perpetui nõ erant astricti ad residẽdũ assiduẽ.

De electio. cap. Dudũ. il secundo.

retinere aliquis poterat: Ergò cũ nõ posset simul pluribus in locis cõsistere, haud dubiũ, ꝙ residendũ fuerat in Titulari,& sat erat,ꝓ prouidũ ministrũ,q̃ cõmẽdata fuerat prouidere: At in istis arduũ fortasse uř, rẽ absoluere, uel ad cõsciẽtię usq; satisfactionẽ definire. Dicã ergò, quod mea pro tenuitate succurrit, non solũ sine præiudicio ueritatis, sed & sub censura, cuiusuis melioris iudicij

Cõmẽdæ nostri tẽporis institutæ ex plenitudinè potestatis.

Considerãdũ est itaq;,ꝙ cũ Cõmẽdæ, de q̃bus est sermo: institutæ nõ sint iure diuino, sed ex plenitudine eccl'iasticæ ptãtis, indubiũ esse debet, earũ uinculũ nõ aliunde, q̃ ex eodẽ fonte, potissimũ uim & robur accipe, & per hoc, maxima ex pte Pontificis libertati subesse. Siquidẽ, cũ ipsius auctoritate factũ sit, ut nõ solũ ecclesię cõmẽdenř, sed & cõmẽdari legiptimè possint, Liquet ꝙ non modò ipsa cõmẽdatio, sed & ipsius cõmẽdationis uis, in nõ paucis, ex illius uolũtate depẽdet, in q̃bus et eaten⁹ stringit, quatenus Põtifex iudicauerit. Et licet hactenus iudicatũ sit, cõmendas ꝑpetuas, habendas loco beneficij titularis, & ꝑ hoc, & cõmẽdatariũ ad oĩa, perindè ac beneficiatus, teneri: nõ tñ iudicatũ est, ꝙ teneať uno et eodẽ modo, cũ eo, cũ ille in multis astrict⁹ sit, iure diuino, in q̃bus, hic iure astrictus est solius eccl'iæ. Et ut de residentia loquar, Planè q̃dẽ, nõ dubito reijciendã esse, in Põtificis uolũtatẽ: de qua & ꝓ arbitrio, põt (mea opinione) disponere, & Cõmẽdatari⁹, iuxtà id, qđ disposuerit, tuta põt

Patet ex decisionibus Rotæ

Residẽtia cõmẽdatarij ꝓ sus reij. iẽ da est in uoluntatẽ summi Pontificis.

cõſcientia obedire. Quare, ſicui diceret ut ſex mẽſibus, exẽpli gratia, reſideret, nõ ultrà ſex mẽſes (ex ui cõmendationis) ille reſidere tenetur: Sicui diceret ut reſideret duob⁹, et illis eadẽ rõne, reſidere ſufficeret: Ergò & ſicui diceret, ſatis fore, ſi p Vicariũ ꝓbũ, uel fidelẽ & prudẽtẽ miniſtrũ, eò loci pſiſteret, ac ꝓxiinè ſupintẽderet: dubiũ nõ eẽt (ſi nõ fallor) ꝙ ſatisfaceret.

Cõmẽdatarius indubiè cõmẽdatæ eccleſiæ tenetur ꝓſpicere, ſed et quo pacto.

Horũ aũt fundamẽtũ eſt, q̃a licet Cõmẽdatarius, eccl'iæ cõmẽdatę teneatur ꝓſpicere, maximè, cũ curã exigit aĩarũ, & potiſsimũ ſi in dignitatẽ ſit ẽpalẽ aſsũpta (aliàs eccl'ia non foret cõmẽdata, ſed potius expilationi, aut dilapidationi expoſita) nec mõ teneatur proſpicere, ſed nõ ſecus ac ꝓprius illius miniſter, nõ ſegniter ſupintẽdere (Siquidẽ exigit ius naturę, cũ ſit de rõne iuſtitiæ, ut q bonis potiẽ eccl'ię, et p̃ſertim q̃ ſunt aſsignata miniſtris, ſeruire teneatur eccl'iæ: Nec mõ exigit ius naturæ, ſed & ius (ſi nõ fallor) ordinationis Dei. Cũ.n. ſit cõſtitutũ ab eo, ut q ſeruit altari, uiuat ex altari, hoc eſt (ut Apl's interp̃tari uidetur) ut certũ illi debeaẽ ſtipendiũ, nõ ſecus ac illi, q ſeruiũt militię, quo planè, ut miniſtrũ decet, uiuere poſſit: palàm ꝙ q illi nõ ſeruit, ſeruitutis ſtipẽdiũ, nõ legiptimè ſumit, & ob id, haud dubiũ, ꝙ cõtrà Dei ordinationẽ facit) Licet, inq̃, Cõmẽdatarius cõmẽdatæ eccl'iæ teneatur ꝓſpicere, nõ tñ in illa, teneẽ ſimpl'r reſidere: tametſi teneri põt in peculiari caſu, in quo & fortè tenereẽ ad tp̃s (ut ſi aliàs fũditus euertereẽ fides, uel in- 1. Cor. 9.

Cõmẽdatarius & ſi eccleſiæ ſibi credita tenetur ꝓſpicere non tamẽ in illa tenetur ſimpliciter reſidere.

dubiè p̃cipitarenť aĩæ) Sed in casu mõ nõ loqmur, sed loqmur absolutè, & ut dicũt, cõi lege.

Nõ teneť inq̃ residere simpl̃r, qppè qđ nec exigit ius naturæ, nec (si non fallor) ordinatio Dei. Nõ quidẽ ius naturę, qm̃ illi sat est, si eòus que creditæ prouideať eccl̃iæ ut ritè quidẽ, tũ seruari, tũ promoueri possit. Et si ad ep̃m Cardinalẽ factũ sermonẽ restringim̃s, fortè q̃ nõ minus legi sat fieret naturali, si in p̃fectũ eccl̃ię vl̃is, resideret Romæ, cũ suggerat nõ mõ parti p̃ferendũ totũ, sed & cũ opus est, partem exponendã pro eo. Verũ quia nõ semp̃ fit, ut Cardinalis adeò oportunus sit saluti totius ecclesiæ, ut eã ob rõnẽ, possit sibi peculiariter creditæ, penitus obliuisci, ideò opus modò nõ est illò cõiungere, sed sufficit Cardinalẽ p̃ superintendẽtiã ac sollicitã p̃uisionẽ, naturæ legibus satisfacere, cũ nec aliud cõi cursu, ut iã dictum est, uideanť requirere. Nõ exigit ius diuinũ, p̃sertim à quouis ministro, tametsi exigat à Pastore, ac sponso, sicut ex p̃cedentibus manifestũ est. Ergò cũ ep̃s Cardinalis factus, suæ ecclesiæ, amplius nõ sit pastor, uel spõsus, sed administrator tm̃ & Cõmẽdatarius, de quo et diuinũ ius, nihil in particulari cõstituit; sed solũ in iure ministris cõe cõpræhẽdit: haud dubiũ q̃ diuina lege, ad residendũ simpl̃r, nõ obligať. Quarè cũ neutro ex iure, ad residẽdũ simpl̃r, Cõmẽdatari⁹ sit astrictus: palã q̃ tutè in summi Pontificis uolũtatẽ reijciť, qũo residere debeat. Vndè & (meo iudicio) nõ aliã ob rõnem

De cõmẽdatarijs diuinũ ius nihil disponit nisi in cõi rõne ministri.

Phili. 2. eius uici. Propter qđ (si q̃ parùm distant, ut dicunt, nõ censent distare) palã ꝙ si Romæ resederint, in suis cẽsentur residere eccl'ijs: Et ꝑsertim, si quæ in illis accidũt solliciti sint agnoscere, ac oportunè prospicere: imò & illas aliquãdo uisitare, & cũ grauioribus nõ urgẽtur negocijs, uel ad breue tp̃s cõsistere. Reliquũ est, ꝙ cũ ęedẽ ecclesię, non sint tantæ ꝑstantiæ, imò nec tãtæ frequẽtię, & hac potissimũ tẽpestate, in qua sunt ex magna parte destructæ, ut suis meritis, nactæ sint cathedrã epãlem, sed satis supq; illis prospectũ esse uideretur, si inferiorib⁹ forẽt alligate pastorib⁹, haud dubiũ, ꝙ istud dignitatis, nõ aliundè sunt assequutæ, q̃ in gratiã Vrbis, & cõmodũ Romani põtificis: ut eo pacto & illi nõ desint proximi suffraganei, qñ nec desunt longè inferioribus patriarchis, imò nec quibus uolueris archiep̃is. Qua de re & factũ est, ut & fulgeant splendore Cardinalatus, sicut & ꝑstantiã decet Romanæ ecclesię. *Proximi suffraganei Romani Põtificis.*

Ergò si licet multis ex ep̃is q longè absunt ab Vrbe, q & suis ecclesijs ĩ illarũ frugẽ et gratiã potissimũ assignati sunt, cũ commodo esse possunt ecclesię uniuersali, sine iniuria, nõ modò diuinæ legis, sed ecclesiarũ suarũ, ab illis abesse & iuxtà Pontificis sũmi ꝑscriptũ, etiã ad tẽpus nõ modicũ toti ecclesiæ supintendere, cur nõ licebit Ep̃is, qui sunt Romæ tã ꝓximi, quiq; illis ecclesijs sunt deputati nõ tm̃ ꝓ illarũ fruge, sed & maximè ꝓ cõmodo summi Pontificis & utilitate vr̃is ecclesiæ: sine præiu-

dicio sui muneris,apud Pōtificē maximū com morari & unà cū illo ecclesiæ totius mūdi pro spicere? Et licet quos diuina lex indubitanter astringit,nō nisi certis eximantur casibus:licet & fas,oībus non sit,legē exponere,aut pro arbitrio diuinā uoluntatē excutere:Si tū sacerdotis est legē custodire,si scientia pditus esse debet,ut illā ualeat interpretari,sicut Dñs docet: Quāto magis,hæc summo cōgruūt Sacerdoti,summoq; ecclesię uniuersalis Antistiti?

Nō licet omnibus interpretari legē Dei. *Malac.2.*

Ergò si penès ethnicum Principē,ptās est, munere(ut uocāt)Epichiæ,moderari ethnicā legē,illāq; certis in casibus aliquē nō alligare, ipso iure decernere: Cur penès summū nō solū sacerdotē,sed et maximū christianorū Principē,munere maximi pontificatus,supmeq; potestatis sibi concessę à Deo,in quo & plusq heroica residet Epichia,facultas nō est Dei legē interptari,ac quibusdā in casibus,liget uel non liget,iure optimo definire? Quare, his oībus ponderatis,fortè dubiū non est, quid & hoc postremo casu dicendum sit, facilè aduertere. Hactenus de residentia prçsulum,et per hoc(suo ordine)& Pastorū oīum inferiorum. Ad Dei gloriam,& episcopi animarum nostrarum CHRISTI IESV. Amen.

Ethic.5.

Epichia plusquā heroica in sūmo Pōtifice.

FINIS.

